Monseigneur

309

No 56.

Transmissas mihi his diebus ex Curlandia, ad Sam Regiam Majestatem Dominum Nostrum clementissimum directas, hic annexas literas Tribuni Livoniæ Plater, Illrma vestra Excellentia S. R. Mti haud gravatim reddere dignari velit. Est ibidem tanta hujus provinciæ miseria, ut ex bonis Ducalibus nullos possim recipere proventus, et unde illis in oris viverem, non video; nihilominus tamen insuper, centum quinquaginta militibus /: excepta alia connexa eis plebe :/ Moscoviticis, eadem adhuc aggravatur Curlandia, eô sub prætextu, ut ad Maris littora descensum ex Navis Suecorum observarent, quem tamen metum superfluum fuisse et esse censeo, ac, si desideratum fuisset, ipse meis et Nobilitatis hominibus eadem littora Maris custodienda demandare potuissem, ad quod etiam adhuc sum paratus, dummodo interpositione S. R. Mtis, benignaque Illrmæ Vræ Excellentiæ promotione, Generalis Major et Commendans Rigensis Polonskj copias suas, juxta tractatus ini,

tos, eduxerit. Negotium pecuniarium hujus loci, ...lentis succedit passibus, ut consumtô hic ac transac... optimô pro restituenda in thermis Germaniæ sanita... mea, tempore, inhucusq supra centum florenorum m...lia, tantummodo aliquot millia florenorum sint so...ta, et DEUS scit, quando finis et completio summ... adhuc subsequetur, deficientibus petitis S. R. M... ex Cancellaria Germanica, ad Magistratum Sorta...riis solutionem /: quæ jam tres post terminum men... summô meo damno producitur :/ accelerandam inj...gentibus literis, ac insuper etiam Consiliarius Sie...ler præteritô die Martis hinc ad S. R. Mtem abi... relinquendo hocce negotium; Nesciens ergo, quid fac...rus, si finem hujus de die in diem protractæ solu...tionis expectaturus, sivè eâ relicta hinc abiturus ...sim. In quo, et aliis antea commendatis desider... meis, amicissimam Illmæ vestræ Excellæ menten... ac desideratum inhucusq responsum, instantis... expeto, Me ac negotia mea, benevolo affectui, ben...

naeq semper recordationi atq promotioni commendans, ad quævis reciproca præstanda officia paratissimus, omniq venerationis cultû incessanter maneo,

Monseigneur,

Gedani die 26. Septembr: aô 1711.

de Votre Excellence

le treshumble tres obligé et fidele Serviteur

Ferdinand Duc de Curlande.

Celsmus Dux Curlandiæ
d. 26 Xbris 1711

318.